



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De bello Ecclesiæ catholicæ cum hæreticis circa scripturam. tit. 151

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

in legendis rebelles fiunt Ecclesie catholice, & con-
 temnunt Ecclesiam & illius prelatos. Ideo tales Bi-
 blię vulgares essent tollende, non aut Historia & Le-
 genda, meditationes, orationes, &c. Multa enim sunt
 in scriptura & epistolis Pauli, vt Petrus ait 2. Pet. vlt.
 valde difficilia, quę indocti & instabiles deprauant;
 siue & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditio-
 nem: quare ex ore sacerdotis audire debes verbu Dei,
 sacerdos autem sic interpretari debet verbum Dei,
 sicut illi per Ecclesiam catholicam traditur, ne cir-
 cumsferamur omni vento doctrinę, &c.

Tertio instant sectę: Atqui Christus inquit Ioann.
 Erunt omnes theodidacti, id est, docibiles seu docti a
 Deo. Verum omnis qui nouit articulos fidei & sa-
 cramenta, edoctus est ab Ecclesia per spiritum sanctu.
 Et Paulus 1. Cor. 14. Si reuelatum fuerit sedenti, ta-
 ceat prior, id est, si Spiritus sanctus aliquem illumina-
 uerit, hunc audire debent ceteri. Sed Ecclesia prius
 examinare debet spiritum, an sit verus, 1. Ioann. 4. Si
 cuius diuersum docuerit & contrarium veteris Ec-
 clesie fidei atque sacramentis, non est a spiritu sancto.
 Nam Spiritus sanctus diuisus non est, nec seipsum cor-
 rigit, vt antea falsa, nunc vera doceat: & Christus di-
 cit Matt. 24. Surgent multi Pseudopropheta, caute:
 dicent, Ecce hic est Christus, aut illic &c.

Nemo igitur sibi ipsi credere debet: sectariorum
 talis est conscientia, vt eis perinde sit, siue legant ipsi,
 siue audiant verbum Dei ex ore sacerdotis.

Itco qui contemnunt sacerdotem, tanquam ipsi etiã
 legere possint, peccant contra Deum & Ecclesiam. Est
 enim scriptura quasi nouacula in manu pueri &c.

*DE BELLO ECCLESIAE CA-
 tholica cum hereticis circa scripturam.*

TITVLVS CLI.

AAa

Notar.



Notandum primò, quòd vna est scriptura
ra sacra, Vnum est Euangelium, Gal.
1. & non potest esse aliud Euangelium
vna fides, baptisma, Deus, Christus, Ec-
clesia, Eph. 4. Vnum verbum Dei, vna
author scripturæ Spiritus sanctus, 2. Petr. 1. Non vo-
luntate humana, sed inspiratione Spiritus sancti, &c.
Est igitur scriptura, Dei verbum, quod ipse Deus, nò
homo aliquis dixit. Hoc impossibile est quòd sit fal-
sum. Nam Deus verax est, omnis homo mendax. Ro-
man. 3. Qui ergo dubitat de verbo Dei, Deum men-
tadacem facit, 1. Ioan. 5.

Secundò, omnes illi Iudæi, Hæretici, Catholici,
habent literam scripturæ, sed variant in expositione.
Iudæi habent vetus testamentum, libros Moysis & Pro-
phetarum, id est, literam solum habent, non autem
Christianum intellectum: ideo secludunt Christum ex
omnibus suis libris & prophetis, veluti nihil de Chris-
to saluatore nostro loquentibus: dicunt enim sicut
Christus in parabola, Luc. 19. Nolumus hunc regna-
re supra nos, sed quoniam non habent intellectum
verum scripturæ, etsi habent literam, non tamen ha-
bent scripturam. Ideo reputantur vt illi, qui sunt per-
uati omnibus scripturis & damnati, Ioan. tertio. &c.
Secundò, hæretici quoque habent literam scripturæ &
Euangelij, ideo non sunt sine scripturis, sed omnia
illuc trahunt & interpretantur, vt suos errores de-
fendant. Sic Lutherani cum sola fide, Romano. tertio.
Zuingliani de sacramento eucharistiæ, Matth. 26. Sic
Anabaptistæ &cæt. Qui quòd peruersi sunt, ad Tit. 3.
ideo vitandi, non enim habent catholicam fidem &c.
Tertiò, sunt catholici, qui nedum literam, sed etiam
verum intellectum scripturæ habent: sed quis hoc
probat? Spiritus sanctus per totam & vniuersalem Ec-
clesiam, per illam Deus Spiritus sanctus est iudex, Iu-
dici patet Actor. 15. in concilio Hierosolymitano, vbi
inquit

loquit Petrus: Visum est Spiritui sancto & nobis, per quos ipse loquitur, & sic concludunt quæstionem de legalibus, & Paulus iubet obedire conclusioni, Acto. 16. Solus ergo verus intellectus scripturæ est apud solam Catholicam Ecclesiam, & non apud sectas, quæ sunt diuisæ inter se & ab Ecclesia Catholica, sed Spiritui sanctus non est diuisus, nec docet contraria.

Tertio, fundamentum fidei nostræ, non sunt miracula, visiones, cæremoniæ, commentaria patrum, sed ipsa scriptura sacra. Hæc fons est & origo, ex qua fides fluit, Roman. 10. Fides ex auditu est. Ideo Doctores omnes primo loco habent scripturas, subindè hanc catholicè intelligunt & exponunt: & sic scripturæ, non ipsi, credimus: attamen eos suscipimus, ut testes veritatis & veros interpretes scripturæ, contra hereticos, qui bellantur contra Ecclesiam catholicam: non ergo litera solùm, sed etiam intellectus catholicus queritur.

Sunt ergo duæ doctrinæ: vna, quæ conscientiam in spiritu coram Deo regit & docet, & est doctrina eammodi, scilicet, quòd propter solam Christi mortem & victimam iustificamur & saluamur, sine omnni obliuio nostrorum operum, virtutum & meritum. Excedit enim Christi sanguis, meritum & victima, omnem sanctitatem & iustitiam humanam. Ideo conscientia nostra nihil nouit, nisi solū Christum, & hūc crucifixum, 1. Cor. 2. in illo solo quiescit, & certa fit de salute: Si penderet salus à nostra dignitate, nunquam certa esset. Ideo ex promissione propter Christum salus certa est, Rō. 4. Scire ergo hoc, quòd propter solum Christum iustificamur & saluamur, est doctrina Evangelij, conscientia, iustitiæ fidei: ibi lex & opera nihil faciunt: solus Christi sanguis restat, scilicet, in conscientia intus & coram Deo.

Quoties igitur conscientia angustiat, quomodo
A A a 2 salua

salua fiet, nō ad legē aut opera, quæ tu fecisti accepisti, respicere oportet, sed ad Christum, cur uenerit, cur passus, quid meruerit: & q̄ ipse sit cōstitutus propter sanguinem crucis eius, per quem Deus habuit sibi reconciliari omnia, Coloss. 1. & sic tota fiducia sese illi committere, propter quem gratis iustificamur. Ista doctrina conscientia, cibus est animæ & vita, sicut dixit Propheta Psalm. 118. Viuifica me secundum uerbum tuum. Hæc enim magna est consolatio, intelligere in spiritu & conscientia, quod propter solum Christum stet promissio iustificationis & salutis, omnis ergo qui credit in illum, nō confunditur, Rom. 10.

Secunda doctrina est de operibus externis, scilicet, de lege decalogi, Exod. 20. & de omnibus alijs operibus, quæ homo facere debet & potest, id est, ieiunare, orare, eleemosynam dare, esse pauperem spiritu, misericordem, pacificum, Matthæi. 5. Habere charitatem, mansuetudinem, timorem, continentiam, & id genus fructus spiritus, Galat. 5. Sic caritatis, cultus, vota, religiones. Summa, hæc sunt iustitiæ vitæ. Hæc omnia docent vitam & corpus nostrum, quomodo se gerat aut regat erga se & proximum, sicut dicit Apostolus ad Gal. 3. Lex est pædagogus noster usque ad Christum, id est, legis præcepta regunt ac docent vitam & corpus, quomodo regatur iuste & piè in præsentis sæculo erga Deum & proximum, & solum respiciunt iustitiam vitæ. At quum eò peruentum fuerit, quomodo s. saltemur & iustificemur coram Deo, ubi cessat lex, id est, omnia opera, & solus Christus incipit regnare in conscientia, de quo docet Euangelium, ut in ipsam credamus, & tunc propter ipsum acquirimus iustificationem & salutem.

Sic lex per Moysen datur, ut ostendat peccatum, Ro. 3. & cohibeat. At gratia (id est, misericordia Dei,

meritas iustificationis & salutis) per Iesum Christū
ita est, Ioan. 1. Sic Christus Matth. 11. Lex & Prophe-
tae usque ad Ioannem, id est, omnes illi docuerunt iu-
sticiam vitæ: At Ioannes digito demonstrat Christū,
inquit, Ioann. 1. Ecce agnus Dei, &cætera, id est,
Christus tollit peccata, non lex. Lex quondam iusti-
tiam vitæ docet, at Euangelium & Christus salutem
spiritus & animæ confert.

Hæc est Christiana libertas animæ, que sic per
Christum est priuilegiata & redempta, vt à nulla re
aut opere exteriori, id est, nec à lege, aut proprijs vir-
tutibus, ceremonijs, operibus, iustitia vitæ opus
habeat querere salutem, sed à solo Christo. Hic so-
lus in spiritu certificatur propter effusum eius sangui-
nem de salute, omnia alia in alium finem exigun-
tur, id est, ad iusticiam vitæ &c.

Est autem notandum, quod hæc doctrina consci-
entia de Christo, secum necessariò exigit iusticiam
vitæ, licet iustitia vitæ non sit causa iustificationis &
salutis. Nam si secundum carnem vixerimus, morie-
mur, Roman. 8. 1. Corint. 6, Ephes. 5. Gal. 5. Ideò fides
non destruit legem, Roma. 3. Vbi ergo pœnitentia nõ
est, hic non est Christus iustificator & saluator.

Secundò, hæc doctrina conscientia non destruit
premiū bonorum operum. Habet enim lex & suas
promissiones & corporales, & spirituales, Exod. 20.
Leuit. 26. Deuter. 18. Ideò iuxta gradus laborum, e-
rit & præmiū, 1. Corint. 3. 15. differt stella à stella
&c. Solum hoc exigitur, ne tribuatur iustificatio &
salus nostris operibus, sed transferatur in nobilius
& fortius fundamentum, id est, victimam Christi.
Summa doctrina conscientia, quæ fidem exigit in-
terius & coram Deo, & doctrina operum externorum
hominis, multum discernendæ sunt. Nobilius enim
quid est doctrina conscientia & quietius, quàm est
regio vel operum externorum &cæt, Non nobis Do-

mine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, Rom. 8.

QUID EST PECCATUM,

& quid gratia.

TITVLVS CLII.



PRIMò, peccatum est connata infirmitas ab Adam & Eua, per quam infirmitatem intùs in mente, & foris in opere agimus & concupiscimus cõtra legem Dei, & ipsum Deum, Romano 5. in quo Adam omnes peccauimus, id est, in illo peccato carnis natura sic est deprauata, vt nõ hoc sic præstemus, quòd Deus in sua lege præcepit, & ne tales simus coram Deo & proximo, quales esse deberemus. Rom. Reperio aliam legem &c.

Secundò, licet humana ratio non repute illam connatam infirmitatem pro peccato, sicut & nulli sapientum Philosophorum hos impuros & inordinarios ad bonum mentis motus pro peccato reputant, attamen verbum Dei nos cõuincit, quòd sunt gratia peccata. Primò, nõ diligimus, timemus, fidimus Deo ex toto corde & tota mente, nec diligimus proximum sicut nosipfos, Mat. 22. Deuter. 6. Secundò, quòd corpus corrumpitur & mortificatur propter hoc peccatum, Rom. 8. & ex illo originis peccato, externa peccata & opera carnis veniunt, Galat. 5. Tertio, quoniam ideo oportuit mori filium Dei, & fieri victimam, Heb. 10. quatenùs hæc infirmitas non imputaretur, & dedes in illum, iterum purificaret scilicet corda, Act. 15. vt sic Deo placeret opera nostra. Et quoniam hoc peccatum fuit in Adam voluntarium, ideo & in nobis reputatur voluntarium.

Tertio, gratia est immerita misericordia, id est, remissio peccatorum, donatio Spiritus sancti & vitæ æternæ.